

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Paterfamiliâs, Parcus, Familia prodiga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Sunt qui mulierem conceptum evitantem, aut virum admittere nolentem per Asinam, & fustem inhärentem tergo, designant: ea enim semen à coitu rejicit, nisi interpelletur, quamobrem statim post coitum necesse est eam verberari agitarique, & ingnaviam qua prædicta est solitudine castigari. Quinetiam mares ipsos fustibus falire cogunt, unde vulgo mos est, viros minimè officiosos, Asinos appellare. Quid vero illud, quod hujusmodi pertinacia demortui etiam spoliis inhærescit? unguia siquidem asinina viventem partum enecant, mirificeque manutur: quare Medici abortibus evocandis, nec aliter, eas in suffitum adhibere consueverunt.

PRÆGNANTIA DISSIMULATRIX.

CAP. XV.

Asina in occulto parvient. Millebrem ad hæc prægnatiam occultantem notare cum volunt, parientem Asinam pingunt. Observatum enim est, id eam impendio cavere, ne vel in conspectu hominum, vel in luce pariat: quare ducenda est in tenebras, cum excludendi tempus advenerit.



SOLSTITIUM VEL TEMPUS ANNUUM.

CAP. XVI.

Plin. lib. 8. cap. 43. Pillus vero Asinæ nunc Solstitium, nunc tempus annum indicat, quod eo tempore plurimum pariant, & admittantur, ut eorum seminis frigiditas cœli calore adjuvetur, & frigoris impatiens animal eo nascatur tempore, quod ejus imbecillitati sit idoneum: annum enim integrum omnino gestant.

VIR FRUGI UXOR PRODIGA. CAP. XVII.

Asellus funem abrodens, quid. Eleg. Prop. lib. 4. Minime prætereundum est illud, quod insignium pictorum & sculptorum etiam opere nobilitatum est, ut cum virum in re cumulanda sollicitum, neque assiduo quantumlibet labores declinantem, uxorem vero prodigam, & ad omnia perdenda dissipanda intentam hieroglyphicè significare vellent, hominemque sparti fundens, illam vero Aselli effigie assidentem à tergo, & opus quantumcumque fieret abrodentem, effingebant. Sunt qui Polygnoti opus id suisse dicant, meminere vero & Pausanias & Plinius, ac mox Romæ tum in Capitolio, tum in Vaticanis hortis insculptum marmore observatum. Hinc quid sibi velit Propertianus versus, admonemur,

Dignior obliquo funem qui torqueat oculo,
Æternumq; tuam poscat effello famam.

Illud καὶ πάρεστον addam quod Pausanias ponit, Asellam, non Asellum marem in pictura spectatum, quæ funem abroderet. Plutarchus commentator *περὶ τὴν ἐγγύιαν*, apud inferos argumentum pictum ait, sed Asinum non nominat.

PATERFAM. PARCUS. FAMILIA PRODIGA CAP. XVIII.

Diodorus Asinorum imaginem istiusmodi apud Ægyptios ostentari tradit: Asinum quippe unum longioris funis nodos complicare, ac alios à tergo clanculum dissolvere uno porro comedimus.



A demque argumento cum superiori, quod nonnulli Jonicum figuratum putant, ceterum pictorum & sculptorum ingenio variatum. Alterum tamen hoc patrem familias frugi, familiam vero prodigian & perditam ostendit: nimurum enim nodum plicare, significat congerere, accumulare, rem facere: dissoluere vero, defruere, disperdere atque prodigere. Sane apud Plin ubi opera Aritto-^{plin. lib. 35.}
lai Pausia filii recensentur, inter alia est piger qui appellatur Oenos spartum torquens, quod asel-^{cap. 11.} lus abrodit: quamquam hoc eo significato accipi potest, ut ignoravorum opera excipi à pernici intel-
ligamus.

BONUM OMEN. CAP. XIX.

Q uod vero simulacrum & Asini & Asinarii æneum est ab Augusto dicatum, utriusq; nomen in ^{Simulacrum-}
^{Asini ab}
^{Augusto di}
causa fuit, quod ab his ipse victoria præsagium cepit, cum apud Actum ei in aciem descendenti facti obviam essent, agasoniq; nomen Euticho esse, bestia vero Niconi intellexisset: quid enim ^{catu, quid,}
non bene ominaretur victoria nomen bonæ fortunæ junctum? Sed habuit augurium hoc aliquid
B quod movere posset, cum tam speciosa essent nomina: quid autem in illo fuerit, mirum est, quod
C. Mario apud Fanniam Minturnis custos iæ credito, Asinus, qui ruditu quodam ingenti vociferatus fuerat, in domum ejus a fonte cursu rapido prosectorus, sperandæ salutis maritimo itinere augurium dedit. Jam & in augurali si quis ægrotet, videlicet Asinus qui à lapsu se sustulerit, indicat eum convallitum, in omnibus dicente quopiam, *Vides ut Asinus se exeret: decumbentem indicat surrectum.*

VINITOR. CAP. XX.

N E tamen animalis istius stuporem, segnitatem & ruditatem usquequaq; deludamus, grati animi ^{Asini offi-}
opus fecerimus, si qua nos parte juverit, exposuerimus, & illi pro merito gratias habuerimus.
Siquidem vineas colere non alio nos doctore didicisse, nonnulli tradunt, quam Asino, quando is
putandarum vitium & author & præmonstrator fuerit. Nam abroso ab eo vitis palmitæ, vindemiam inde feraciorem provenisse observatum est: idque summa fecuti diligentia mortales, latior
C pideus Asinus grata posteritatis memoria dedicatis fuerat. Huc illud addam, quod is neq; mortuus quidem officium facere desistit: siquidem Vadimonius compertum ait, calvariam ejus in hor-
torum medio depositam, ad loci fertilitatem facere.

OCHUS REX. CAP. XXI.

O chum autem Persarum regem *ἰοχὺλυφίων*, per Asini simulacrum in primis Ægyptii notave-
re, qui cum maxima intercedebant oīia, ut fieri solet, inter eos qui de imperio, deo; libertate
dimicant. Hic est Ochus ille avaritia in primis famosus, adeo ut urbem eandem intrare num-
quam voluerit, ne aureos, qui singuli singulis mulieribus ex lege Cyri debebantur, erogaret. Unum *Cyrus & O-*
miror, apud Tertullianum Cyrum eudem Ochum dici, hunc inquam quem Ægyptii sceleratum *ochus*,
pollutumq; Asinum cognomento vocabant, in quos ille, ut Dion scripsit, hac est retorquere soli-
tus, *Asinus profecto vestrum devorabit Bovem, Aping, ita postmodum macavit, Asiniq; eos imaginem au-*
ream compulit adorare, quo nibil illi umquam ignominiosus accepere. Falsum verò illud est, & ab omni
D veritate alienum, quod Cornelius Tacitus tradit de Asinino capite, quo de superius, à Judæis loco
numinis habito, in quo impudentissime mentitur, & ea de causa mendaciorum loquacissimus à Ter-
tulliano appellatur: ac perinde vanus est in Judæorum origine repetenda, dum eos modo Creta,
modo Lybia oriundos scribit, modo Æthiopum prolem comminificatur, & in omnibus quæ de Moysi
loquitur, deliria mera ponit. Ægyptiorum autem exemplo, Clisthenes cum infestissimo Sicyonios o-
dio prosequeretur, eorum tribus in ridicula cognomenta commutavit, eas tum *ὐάτρας*, tum *ἱεράτας*,
tum *χοιρεῖτας*, appellando; *Suarios* quippe, *Asinios*, & *Porcarios*.

LABOR INDEFESSUS ATQUE SERVILIS. CAP. XXII.

R eceptum & illud est, servilem laborem per Asinum clitella instratum significare, cuius rei
causa magis vulgo nota est, quam verbis explicari necesse sit: quippe, quod animal indefessi sit
T labo-